



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Privilegien

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

FACULTAS

Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

Servatis Sacri Concilii Tridentini & Ordinis nostri constitutionibus quoad Librorum impressionem, licentiam, cum salutaris Obedientiae merito impertimur, R. Adm. P. F. JOANNI BOSCO, almæ nostræ Provinciæ Germaniæ Inferioris Fratrum Minorum Recollectorum Sacrosanctæ Theologiæ Lectori Jubilato, ac Definitori actuali, typis mandandi *Partem Quartam Theologiæ Sacramentalis*, in qua tractatur de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ; item de Sacramentis Extremæ-Uncionis, & Ordinis; hortantes ipsam in Domino, ut alia opera, quæ adhuc præ manibus habet eadem diligentia prosequatur. Datum in Conventu nostro Lovaniensi Fratrum Minorum Recollectorum die 12. mensis Augusti Anno 1672. sub nostro Chirographo, Officiique sigillo minori.

Fr. LUDOVICVS KELLEN Commissarius Generalis
Germano-Belgicus, & Provinciæ Colon. FF. Minor. Recollec-
torum Minister Provincialis.

FACULTAS

Admodum Rev. Patr. Ministri Provincialis,

Quandoquidem *Quartam Partem Theologiæ Sacramentalis* non minori doctrinæ soliditate & claritate, quam præcedentes, elaborasse R. P. Fratrem JOANNEM BOSCO S. Theol. Lectorem Jubilatum, ac Almæ Provinciæ nostræ Germaniæ Inferioris Definitorem, Theologorum Ordinis, ac Censoris ordinarii testimonia confirmant, non solum ut cum S. Obedientiae merito in lucem prodeat, consentimus; sed & hortamur in Domino Auctorem, ut prioribus ad communem utilitatem piis laboribus cum eodem merito insistens, opus perfectum exhibere, sicque plurimorum solidam doctrinam amantium votis satisfacere pergat. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum sub nostro Chirographo, Officiique sigillo minori Anno 1672. die 22. Augusti.

Fr. IOSEPHVS VAN DOREN Minister Provincialis.

Approbatio Theologorum Ordinis.

Nos infrascripti eâ, quâ par est, attentione perlegimus *Quartam Partem Theologiæ Sacramentalis* à R. A. Patre F. IOANNE BOSCO Ordinis nostri FF. Minorum Recollectorum, Sacræ Theologiæ Lectore Jubilato, nec non Provinciæ Germaniæ Definitore elaboratam: invenimusque eam, non tantum bonis moribus & Fidei Orthodoxæ per omnia consonam, sed & præcedentibus Partibus, jam publici juris factis; planè supparem, tum quoad doctrinæ soliditatem & profunditatem, tum quoad Auctoris in referendis & refutandis aliorum opinionibus vel sententiis fidelitatem & modestiam. Quapropter non immeritò confidimus, tales ex eadem nascituros fructus, qui eam publicâ luce & prælo dignam nobiscum probeant. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum die 23. Augusti Anno 1672.

Fr. GVILIELMVS VAN SICHEN S. T. Lector
& Provinciæ Custos.

Fr. IVDOCVS SCALLET S. Scriptura Lector.
Fr. PETRVS VAN MATTEMBVRCH S. Th. Lector.

Privilegium Casareum.

Iuxta Privilegium Sacræ Casaræ Majestatis, nobis concessum, harum virtute facultatem facimus *Hieronymo Nempao* Typographo Lovaniensi, ut imprimat & distrahat *Quartam Partem Theologiæ Sacramentalis*, Auctore R. A. P. F. JOANNE BOSCO, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Provinciæ Inferioris Germaniæ S. Theologiæ Lectore Jubilato ac Definitore, cum plenario usu Privilegii præfati, idque pro prima illius editione. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum die 12. mensis Augusti 1672. sub nostro Chirographo, Officiique sigillo minori.

Fr. LUDOVICVS KELLEN Commissarius Germano-
Belgicus Generalis, & Provinciæ Colon. FF. Min. Recollectorum
Minister Provincialis.

Privilegium Regis Hispaniarum.

PHILIPPI IV. Regis Hispaniarum &c. Privilegio cautum est, ne quis *Theologiam sacramentalem Scholasticam & Moralem, Authore F. IOANNE BOSCO Ordinis FF. Minorum S. Th. Lectore Iubilato*, in toto vel in parte, conjunctim vel divisim imprimat, aut alibi impressam, in hacce Ditiones importet, retineat vel vendat, præter Typographum Iuratum ab eodem Auctore deligendum; idque sub pœna confiscationis & amissionis Librorum, & insuper alia gravi mulcta; ut latius patet in Litteris patentibus desuper Bruxellæ in Supremo Concilio Brabantiaë expeditis die 11. Iulii Anno 1665. de more sigillatis & signatis.

LOYENS.

Virtute præmissi Privilegii Regi do Hieronymo Nempæo Typographo Lovaniensi facultatem imprimendi ac distrahendi Quartam Partem nostræ Theologiæ Sacramentalis primæ Editionis. Datum Lovanii die 20. Septembris Anno 1672.

Fr. JOANNES BOSCO.

C E N S U R A.

Reverendi P. F. IOANNIS BOSCO Ordinis Fratrum Minorum Lectoris Iubilati de Ministro Sacramenti Pœnitentia, nec non de Sacramentis Extrema Vnctionis & Ordinis Tractatus, cum præcedente ejusdem Authoris de Pœnitentiâ Tractatu symbolizat, & in publicam lucem mitti potest. Datum Lovanii 21. Novembris 1671.

SIMON SERVATII S. Th. D. & Prof.
Apostolicus ac Regius Librorum Cenfor.

DISPV.